



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Manuale Parochorum, Sive Institutiones & Praxes Tum Vitæ, tum Officii Pastoralis**

**Musart, Charles**

**Monachii, 1654**

XIV. De Casibus reservatis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41616**

multos malè : si tamen tantus est affluxus , aut alia ratio festinationem urgeat, mone pœnitentem , vt superflua resecet, mortalia sola recenseat, è venialibus paucula : iuuerit etiam vti interrogationibus succinctis , minùs necessaria pro remediis in aliud tempus reiicere, monito pœnitente, vt interim conquiescat, studeátque vitam corrigere. Specialis quæstio est, an aliquando ob casus reseruatos confessio dimidiari possit : quod iam videbimus.

## NVM: XIV.

*De Casibus reseruatis.*

**S**Ola mortalia reseruantur ; & summo quidem Pontifici sola illa, quæ annexam habent excommunicationem ipsi reseruatum : vnde si excommunicatio illi non reseruatur, aut reuerà non fuit incurfa propter ignorantiam censuræ, vel certè fuit aliunde sublata , desinit peccatum esse reseruatum. Inter reseruata Pontifici, & quæ

quæ ad omnes pertinent, maximè vsui sunt, quæ in Bullâ Cœnæ continentur, vbi, & quatenus ea est recepta: similiter percussio grauis Clerici aut Religiosi, simonia etiam illa, quæ confidentialis dicitur: præterea duellum, vbi Clementis VIII. bulla in vsu est; neq; enim vbiq; viget; reliquas excommunicationes Pontifici reseruatatas vide apud Auctores de Censuris: quia verò excommunicatio requirit pertinaciam contra præceptum Ecclesiæ, imò & notitiam censuræ in pœnam adiectæ, plurimi, præsertim rudes, cum ignorent, quanam sub excommunicatione prohibeat Pontifex, eam non incurrunt, etsi peccent fortassis aliunde: ideòq;, cum tunc non reseruentur, ea peccata à te absolui poterunt.

Episcopi etiam certos casus sibi habent, à se vel à prædecessoribus reseruatatos; sed difficile est definire, quinam sint illi de facto reseruati, nam varii  
pro

pro variis Dioccesibus referuantur; tu, cum animarum curam suscipies, fac, ut ex Vicario Generali, quinam ex illis tibi referuantur, probè intelligas.

Igitur cum ex confessione, vel aliunde cognoveris, aliquem incidisse in casum Pontifici, vel Episcopo tuo referuatum; ne perge ulterius; sed penitentem remitte ad Superiorem, penes quem est ea facultas, nisi eam delegatam habeas, vel certè obtinere possis ante absolutionem. In casibus Pontificiis quibusdam aliquid potest Nuntius Apostolicus, & pro foro conscientiae aliqui Religiosi ex priuilegio, & Episcopus in quibusdam occultis peccatis, aut cum adiri Pontifex non potest: in periculo mortis nihil referuatur. Probabile est, quòd si vrgeat præceptum annuæ confessionis, aut communionis, & desit copia illius, qui referuata absoluat, possis audire ea, quæ habet non referuata, eo cum onere, ut deinde adeat eum, qui in  
alia

alia iurisdictionem habet, à quibus  
absoluatur. Sunt, qui velint, vt etiam  
reseruata eo casu audias; non video  
cur necesse sit, cum ab iis absolvere nō,  
possis, neq; cogi debeat pœnitens ea-  
dem bis fateri: satisfactionem itaque  
impones pro iis, à quibus directè ab-  
soluis: Superior pro iis, quæ ad ipsam  
deferentur. Si peregrinus ad te defe-  
rat casus, in suâ solùm Diœcesi reser-  
uatos, non in tuâ; absolvere poteris:  
quia ibi, non tibi reseruantur.

## NVM: XV.

*De obligatione ad interrogandum  
pœnitentem.*

**G**eneratim obligat officium Con-  
fessarii, vt pœnitens ritè confi-  
teatur: atq; ad id attendere debet, si  
quem defectum in illo deprehendat.  
Itaq; primò, cum aduertes, pœniten-  
tem omittere graue peccatum, aut  
circumstantiam, quæ speciem mutat,  
aut aliter, quàm intelligas, aut nume-

fuerit